

nsus angustietur in tribulatione. Tercius est ad terram prostratio. tunc enim prosternitur homo peccator ad duplicem terram. Primo quo ad corpus prosternitur in terram illam elementarem. Quia dicitur de corporibus hominum. *Ecclesiastici. iij. De terra facta sunt et in terram pariter reuertentur.* Sed anime statim prosternuntur in terram. De qua *Job. x. Terra miserie et tenebrarum ubi umbrae mortis et nullus ordo. sed sempiternus horrore inhabitat.* Si ergo peccatores cognoscerent quod pene ibi dantur animabus infelicibus continue essent in fletibus. Sicut de hoc refert *Cirillus* ubi supra. d. illo resuscitato d. quo supra dictum est. qui quasi coactus in oportunitatibus ipsi *Cirillo* interroganti sic respondit. Si que pridie expertus sum non ignorares. sed scires tibi inesse semper fletus causa. *Cirillus* quod rarer ab eo ut diceret sibi que apud inferos vidisset paulisper tacens ait. Quales credis penas et tormenta non solum damnatis. sed etiam in purgatorio existentibus preparari. Cui *Cirillus*. ut enim puto nostris quibus affligimur penis equari non possunt. Ad quod ille. Si omnes que in mundo excogitari possunt. pene tormenta et afflictiones. minores que hic habetur pene comparetur omnes que hic videntur pene et tormenta solatia essent. Mallet enim quilibet viventium si illas nosceret experientia penas usque ad finem mundi his simul sine remedio cruciari. penasque quas omnes homines ab *Adam* hucusque sigillatim ptulerunt aduri quod vno die in inferno aut purgatorio minores que hic habetur pena torqueri. Et ideo causam si interrogas. fletus timor penarum est quod peccatoribus iuste dantur. Scio ego me peccasse et ipsum iudicem iustum fore non dubito. qua de re ne mireris si deplango. cum potius si non plangerem vehementer admirari deberes. hec ille. Et si hec homo cognosceret utique pro peccatis suis fletet. quia ad tetram scilicet miserie et tenebrarum prosternent scilicet demones te et filios tuos. id est. opera tua que in te sunt. eo quod non cognoueris tempus visitationis tue.

*De eadem dominica.
Sermo tertius.*

Ingressus in templum cepit eicere vendentes et ementes. dicens illis. *Scriptum est Esa. lvi. Domus mea domus orationis*

vocabitur. *Luc. ubi supra. Isidorus libro ethiologiarum. et Ambrosius in exameron dicunt.* Irundo est avis pennosa mire agilitatis et velocissime volat et certa custodit tempora aduentus sui et recessus. nam eius aduentus indicium est veris. et testimonium instantis serenitatis estivalis. hec pugnat contra passerem nigrum et domunculam suam ingredientem et moribus et vnguibus fugat eos de nido et de domo sua. Spiritualiter per irundinem intellige christum. per pennas vero virtutes morales. Iuxta illud ps. pennas columbe deargente. quasi diceret. habete in virtutibus vestris mansuetudinem simplicitatis et prudentie claritatem. Sicut ergo irundo est plena penis. Sic christus est plenus virtutibus ethicis. quia in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. *Ad Col. ij. In ipso est charitas. quod Johannis. xv. maiorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. In ipso est misericordia. Luce. vi. Estote misericordes sicut pater vester misericors est. In ipso est humilitas et mitis. Matthei. xi. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde. et sic de singulis virtutibus. Ipse etiam velocissimi cursus fuit ad nos redinendum. ps. xviii. Exultavit ut gigas ad currendum viam. voluit tamen in suo aduentu certum tempus expectare videlicet tempus gratie. quod significatur tempus veris. Et dicitur ab apostolo. tempus plenitudinis. ubi inquit. Venit plenitudo temporis in quo deus misit filium suum. quod exponit magister libro tertio. di. j. Tempus inquit plenitudinis dicitur tempus gratie. quod ab aduentu scilicet in carnem saluatoris exordium assumpsit. Item christus continue pugnavit cum passeribus que sunt aves garrule et instabiles callide et libidine. et significat phariseos superbos ceterosque iudeos qui fuerunt garruli contra christum eius doctrine contra dicentes. Item fuerunt instabiles in verbis. Quia qui prius christo testimonium dabant et in verbis gratie eius mirabantur. *Luce. iiii. Postea cum potatorem vini dicebant. Item fuerunt calidi in avaricia. quod patet ex illo quod propter avaritiam vendebant et emebant in templo. Ideo eiecit eos christus de domo sua dicens. Domus mea domus orationis etc. ut dicunt preassumpta verba. In quibus principaliter duo tanguntur. primo inuincibilis potestas christi et zelus correctionis ibi. ingressus in templum. secundo inextinguibilis ad templum feruoris et virtus dilectionis ibi. domus mea domus ora. Primo ergo tangitur inuincibilis potestas christi et zelus correctionis. cum**

Dñica decima p^r trinita.

dicit. ingressus in templum cepit eicere emen-
tes et vendentes. Circa quod nota dicit **Aris.**
f. ethi. Sermones inquirendi sunt fm materia
de qua sunt. Sed quia hec est materia de vendi-
toribus et emptoribus. ideo dicendum est de
ipsis. Et primo de venditoribus. et hi sunt mul-
tiplices. Primi sunt qui semper mentiundo in
venditione solent decipere. et hi sunt peiores
q^m fures. Juxta illud **Eccli. xx.** Potior est fur.
id est. minus malus. fm glo. q^m assiduitas viri
mendacis. Talis enim frequenter dicit mēda-
cium perniciosum quod ē aliquando grauius
q^m furtum. vt quando per mendacium alterius
denigratur fama. quāto melius est nomen bo-
num q^m res possessa que tollitur per furtum. vt
dicit **Nicolaus de lyra.** Sed queritur de tali-
bus qui nec emere nec vendere nouerunt nisi
cum mendacijs aut iuramentis aut periurijs
Respondit Raymundus. Quotiens causa de
cipiendi periurant vel mentiuntur scienter pec-
cant mortaliter et tenentur ad restitutionē. Si
autem aliquis ignoranter dicit falsum credēs
dicere verum. vel si scienter non intendit pri-
mo nocere sed se indemnē seruare. nec ppter
hoc rem amplius debito superuendit. tale mē-
daciū potest dici veniale. Sed cum furat vel
periurat est peccatum mortale. Quia vt dicit
Thomas. ij. ij. q. xcviij. Periurium ex suo ge-
nere peccatum mortale est. Ideo tales sic iu-
rantes eicientur de templo celesti. Secundi
sunt qui in ponderibus stateris et mensuris
per fraudem consueuerunt delinquere. Et hoc
fit tripliciter. Vno modo cum quis habet di-
uersa pondera et diuersas mensuras et vendit
ad minorem alienigenis et ignotis. et ad ma-
iorem amicis et notis. Contra quem dicit **Au-**
meri. xxv. Non habebis in sacculo tuo diuer-
sa pondera maius aut minus. nō erit in domo
tua modius maior aut minor. pōdus habebis
iustum. et modius equalis et verus erit tibi vt
multo viuas tempore sup^r terram quā domin⁹
deus tuus dedit tibi. quasi diceret a sensu con-
trario. Si non habebis iustum pondus et mo-
dium breuiabitur tibi vita tua. Et hoc dam-
num est vnum tempale. Aliud damnū tempa-
le est q^m tales nō dirabūt. Jux^r illud **Michee.**
vj. q^m dicit dominus. Nunquid iustificabo sta-
teram impiaz. aut sacculi pondera dolosa: q^m
si diceret. non. Et sequit^r pena. Tu seminabis
et non metes et calcabis oliuam et non vnge-
ris oleo. Tertium damnum est spūale et est ira
dei. de hoc **Michee. vj.** Adhuc ignis est in me-
dio impij et thesaurus iniquitatis et mensura
minor plena ira. vbi dicit glo. Quantum men-
sure subtrahitur tantum ire et offensionis di-

uine acquiritur. Et cum scribitur **Sap. xj.** per
que quis peccat per hoc et torquetur. Et quia
tales peccant in statera iustum est vt in statera
Michaelis puniantur vt mala eorū in ea sint
magni ponderis. bona vero nullius. Secūdo
cum quis habet iustam mensuram et iustū pon-
dus et male inde ponderat vel mēsurat. sicut
faciunt caupones qui mensuram implent spu-
ma. vel qui digitum libere supponunt. vel pan-
nicide qui cum pollice vnam retrahunt. et sic
de alijs. Tertio cu^m quis procurat vt res quā
ad pondus debet videri ponderosior sit vt q^m
lanam madesciunt videlicet in cellario madi-
do pōdō vt in pluuiā stare permittēdo. aut
qui piper vel alias species ad cellarium por-
tāt. et de vno latere in aliud vt ponderosior fi-
at vōlūt. vel qui vinū quod videri debet cū
aqua limphat. omnes tales de regno et de tē-
plo dei eiciuntur. Quia dicitur **Proverb. xj.**
Statera dolosa abominatio est apud deum.
vbi innuitur magnitudo huius fraudis. Ter-
tij sunt qui propter dilationem temporis con-
sueti solent sua charius vendere. verbi gratia
Si quis vellet equum vendere. p octo florenis
pro prompta pecunia et venderet alter petens
dilationem solutionis ad quartale anni v^t di-
midū annum et huic daret propter dilationē
pro nouem vel decem florenis. Tales venden-
tes charius ad terminū tenētur restituere qd
vltra acceperint eo q^m vsuraz cōmiserūt. Sed
diceret aliquis. Non possum vendere merces
meas cum dilatione vel sine? Respondetur q^m
cum dilatione potest quis vendere. Sed pro-
pter dilationem nō debet precium augmenta-
re. quia qui vendunt res suas longe chari⁹ p-
pter dilationem q^m eis incontinenti soluerent
vsuram cōmittunt. vt extra de vsura. Cōsulu-
it. hi similiter a templo dei vsq^z in profundum
infernī eicientur. Quia cum p^rs. quereretur. Do-
mine quis habitabit in tabernaculo? Respon-
dit qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.
Quarti sunt qui solent vnum ostendere et ali-
ud postea vendere. vt sunt illi qui de vno vase
in quo est vinum bonum aut ceruisia bona dāt
ad gustandum. et cum emptio facta est vas mi-
nus bonum deputant emptori ad deportandū
vel qui occulant malum sub bono. et superius
ponunt illud quod bonum est in aspectu homi-
num. Sed in medio aut in fundo id quod de-
terius est et dicunt q^m totum sit bonum. et hoc
etiam eicit dominus de templo suo celesti. qz
de talibus dicit **Isa. v.** Ve qui dicitis malum
bonum et bonum malum. Quinti sunt qui riti-
osum et defectuosum pro bono vendunt. vbi
nota. Sanctus **Thomas. ij. ij. q. lxxvij.** dicit D

Circa rem que venditur triplex defectus considerari debet. Unus quidem fm speciem rei. vtpote si vendatur auricalcum pro auro. aut vinum mixtum aqua quasi purum. Alius defectus est fm quantitatem vt ponderis vel mensure. vt si quis scienter vtatur deficiente pōdere vel mensura. Tertius defectus est ex parte qualitatis. puta si animal infirmum vendatur pro sano. In his ergo tribus casibus si q̄s vēditor scienter vendiderit fraudem cōmittit et illicita est venditio. et venditor ad restitutionem tenetur. Si vero eo ignorante aliquis pēdictorum defectuū in re vendita fuerit. venditor quidem non peccauit. tamen cum ad noticiam peruenerit. tenetur recompensare damnum exteri. **S**3 circa hoc queritur. vtrum venditor teneatur dicere vitium rei vendite? **R**espōdet sanctus Thomas vbi supra. Si vitium est occultum. puta cum vendit domum ruinofam pro firma. vel cibum corruptam pro bono et non detegat venditor erit dolosa et illicita vēditio. et tenetur ad damni recompensationem. Si vero vitium est manifestum. puta equus est monocus vel rei vsus cum et si non competat vni potest tamen competere alteri et venditor propter huiusmodi vitium subtrahat de p̄cio quātum oportet non tenetur ad manifestandum vitium rei. quia forte propter huiusmodi emptor vellet plus de p̄cio subtrahere q̄ esset subtrahendum. ideo venditor potest licite vitium reticere. Sexti sunt qui loca tenebrosa eligunt et lucem solis dieiq̄ obtenebrāt vt res alie q̄ sint appareant vt faciunt pannicide. et in hoc se filios tenebrarum ostendunt. et sicut hic tenebras dilexerunt. ita et ibi in tenebras exteriores p̄icientur. Juxta illud Mat. xxij. Mittite eos in tenebras exteriores etc. De tali dicit christus. Joh. iij. Omnis qui male agit odit lucem et non venit ad lucem vt non arguantur opera eius. Tales qui hec agunt ante oculos iudicis cuncta cernētis arguent. vt dicit Boetius libro quinto. p̄osa vltima in fine. Septimi sunt qui res aliquas vendunt que nō sunt vtilis nisi ad peccata vt venena siue tasseret falsos. tales indubitanter peccant faciendo et vendendo. xxi. q. j. c. j. Et omnia mala sequentia istis venditoribus imputabūtur. quia qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur. Extra de iniurijs. Si culpam. Concor dat Thomas et Hostiensis. Octauī sunt qui i diebus festiuis merces suas exponunt et vendunt. Et dicit doctor Quilhelmus. Si aliquis hoc facit ex consuetudine seu lucrandi cupiditate et maxime se subtrahendo a diuinis peccat mortaliter. maxime si huiusmodi merca-

ta prohibita sunt ab illi⁹ loci prelati. Si aut faciat hoc non ex consuetudine sed de sua necessitate et ante audiuit diuina officia non peccat mortaliter. Secundo de emptoribus dicendum. et sunt etiam multiplices. Primi sunt qui vilius solēt emere q̄ res valeant vt contingit in necessitate vt cum quis coactus et necessitate urgente oportet eum cum damno suo bona sua vendere. Talis sic emens et multo minus pro eisdem rebus q̄ valiture sunt dans tenet recompensare damnum proximo. verbi gratia Si quis perpetuos redditus et certos emerit vnum florenum pro decem nisi damnum recōpensauerit damnationem non euadit. Similiter dicit sanctus Thomas. ij. ij. q. lxxvij. Quis vēditor credit rem suam minus p̄ciosam esse q̄ sit vtpote vendit aurum pro minori p̄cio. quia credit esse auricalcum. aut animal firmū quod putat esse infirmum. Naz si emptor hoc cognoscit iniuste emit et ad restitutionem tenetur. Secundi sunt qui p̄rompta pecunia emūt et incontinenti alijs vendunt. et propter dilationem dant chari⁹ q̄ valet et nullum laborem vel impensam in re habuerunt. Sed immediate eodem tempore et loco propter dilationem temporis multo chari⁹ vendunt. verbi gratia. Sicut qui emunt auenam in bono foro. et propter dilationem charius vēdunt. Similiter q̄ emunt vinum et blada cum adhuc crescunt super futurum autumnum nimis i bono foro vt postea charius vendant nulla alia necessitate aut vtilitate pensata. Sed propter solam auariciam aut vt inducant caristiam ita vt homines cogantur ab eo emere et ipse possit ad libitum vendere. Et talis quicunq̄ est grauiter peccat. vt dicit Raymūdus. Quilb. Inno. et Hostiensis. Et addit Quilb. et Raymundus. q̄ tales non sunt cogendi ad restitutionem certe p̄sone sed pauperibus. Itē q̄ emunt lanam vel pannus vel huiusmodi p̄ p̄rompta pecunia et immediate charius p̄pter dilationem vēdūt. Et tales quicunq̄ p̄ lucrant q̄ ille qui talia duxit quinquaginta vel. lx. miliaria in magnis laboribus vel expensis. S3 circa hoc q̄rit. an mercatores possint licite de re empti lucrum accipere? **R**ndet Quilb. Cum laborent p̄ oībus et quasi comune negociū i mercib⁹ gerāt possunt moderatū lucrum recipere. secus de immoderato. vt extra de empti. et vendi. ca. j. Hoc tamē intelligendum est si ipse venditor rem meliora uerit. vt est quia p̄cium rei munitam est fm diuersitatem loci vel temporis vel propter periculum cui se exposuit transferendo rem de loco ad locum potest charius vēdere dū tñ moderate hoc faciat vt dictum est. Tertiū sunt

Dñica x. post trinita.

qui emunt furtum val rapinam. et tales qui sciunt vel probabiliter credunt rem esse furtam vel raptam. et tamen emunt primo tenentur reddere. etiam si alius moriatur vel sibi violenter auferatur. Et si ante decem annos emisset et eadem die mortuum fuisset aut ablata res illa quaecumque sit si veraciter penitere velit. Secundo tenetur restituere omnes fructus inde perceptos et qui medio tempore percipi inde potuisset. Tercio estimanda est res secundum optimum eius statum puta si res venditionis fuisset melior quam postea tunc non potest nec sufficit quod simpliciter restituatur. Quarto non potest agere contra venditorem de pretio soluto. quia obstat sibi sua turpitudine. Quantum ad secundum tangitur inextinguibilis ad templum feruor et virtus dilectionis ibi. domus mea domus orationis est. Ubi nota. hoc verbum potest exponi tripliciter. Primo in sensu allegorico et litterali videlicet de domo materiali deo dedicata et diuino cultui consecrata. De qua exponitur illud. ij. Paral. vij. Aegit inquit dominus domum istam ut sit nomen meum ibi. usque in sempiternum. Et Gen. xxiij. in figura domus dicitur. vere non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. Hec domus est domus orationis. quare ibidem orare debemus propter tria. Primo. quia hic habet deus oculos apertos deuotionem orationum contemplantur et desiderium cordium singulorum. Secundo quia habet ibi aures erectas quibus diligenter auscultat deuotionem et intentionem orantis ut exaudiat. Tercio quia habet ibi cor suum. Nam diligenter attendit que ibi fiunt. At hoc figuratum est. iij. Regum. ix. Cum Salomon petisset ut orantes exaudiretur in templo. respondit ei dominus. Exaudiui orationem tuam et sanctificaui domum hanc. erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. Et. ij. Paralip. vij. additur. Oculi erunt aperti et aures mee attente ad orationes eius. qui orauerit in loco isto. Secundo exponitur hoc verbum in sensu tropologico et morali prout domus dei accipitur pro anima rationali et fidei. Ubi nota quod in omni re creata quattuor cause concurrunt videlicet efficiens et materialis formalis et finalis. Deus autem habet se secundum omnia genera causarum ad rationalem animam. ideo conuenienter anima sua dicitur esse propter inhabitationem. Juxta illud Ezechielis. xxiij. Omnes anime mee sunt sicut anima patris sic et anima filij. At primo anima rationalis dicitur domus dei secundum rationem cause efficientis. quia licet deus multa operetur mediantibus causis secundis. animam tamen rationalem ipse im-

biat per se producit. Juxta illud ps. Edificauit dominus sion et videbitur in gloria sua. ipse enim per se edificauit hanc nobilem domum animam videlicet rationalem que domus dicitur sion. propter speculationem et hec videbitur in gloria secundum glorificationem sanctorum. de qua ps. glo. hec est omnibus sanctis eius. Secundo anima dicitur domus dei secundum rationem cause materialis non quod anima a deo sit tamquam a materiali principio. Sed quoniam deus in ea supplet deficientiam materie ex qua res alie sunt producte. Non enim in omni natura creata inuenitur aliquid dignum ex quo anima rationalis produci possit quasi a preiacente materia quare eam oportuit creari ex nihilo quod est formaliter deo. quod multum attestatur nobilitatem anime. quantum ad causam materialem. quia deus per suam potentiam infinitam supplet deficientiam omnium entium creando animas de nouo et ex nihilo participando ei actum purum suipsi quo ipsa anima subsistit in esse. De quo Dionysius. de diuino. no. c. iij. dicit. Anime rationales propter bonitatem dei sunt bone habentes vitam substantialem. id est per se subsistere possunt. et quod esse eorum et preesse est inconsumptibile. id est immortale. Tercio anima rationalis est domus dei secundum rationem cause formalis. Est enim formata ad imaginem et similitudinem diuine trinitatis. nec potuit beata trinitas magis nobilitare animam rationalem quam quod ei suipsius formam impressit. Ad hoc utique ut quia similitudo est causa dilectionis in ipsum conuertere. cum sibi in rebus creatis. ut ait Augustinus. nihil simile inueniret. Sed d. a. nonne maior similitudo est in angelo quam in anima humana? Ad hoc dicendum. quod natura diuina potest considerari quadrupliciter. primo in se. secundo ut habet personas distinctas proprietate originis. tertio ut est exemplar vniuersi. quarto putat compati ad totum vniuersum. Primo est in angelo expressior similitudo imaginis. scilicet quantum ad hoc quod eius natura est simplicior et subtilior. Sed alijs tribus modis homo magis est ad similitudinem imaginis. Nam inter omnes creaturas sola natura humana habet personas distinctas ratione originis vnde ipsa habet principium cum omnibus creaturis propter quod dicitur homo omnis creatura. Marc. xli. Et. iij. d. anima dicitur quod homo est omnia. scilicet participatione. et ipsa etiam anima est tota in toto corpore et tota in qualibet eius parte. Et bene ergo dictum est quod quantum ad similitudinem imaginis anima est perfectissima creaturarum et nihil in creatura sibi simile reperit. Et quoniam habet hoc a sua forma naturali indita. vnde d. ea dicitur Gen. iij. Pulchra es et decora. habet formositatem suam anima si bene aduerteret nunquam peccaret. Quia ut dicit Origenes. Nihil infelicius quam nobilitatis et dignitatis obliuisci. Et ideo adiunge nobilitatis

sue considerationem qua sp̄s hōitatur anī-
mam. **Canticor. ij.** Si ignoras te o pulcherri-
ma scilicet q̄ nobiliter ad imaginem meam cre-
ata es egredere ab hac ignorantia. et abī post
vestigia gregūz et considera omnes creaturas
mortales que tantum gerunt similitudinē ve-
stigiū. Et cum per considerationem inueneris
te super omnes esse in similitudinē imaginis
mee nobiliter formatam tunc pasce hedos tu-
os. id est. lasciuos et illicitos motus cohibe et
compesce. Quia licet fm̄ mentem in qua ē ima-
go sis formata et sursum erecta fm̄ sensualita-
tem. tamen habes pronitatem ad malum. Et
ideo ad considerandum formositatem imagi-
nis et cohibe hedos et pasce eos iuxta taber-
nacula pastorum per diligentem custodiam.
Unde Bernardus. Si nobilitatem tuam attē-
dis anima peccatūz abominaberis. Et **Augu-
stinus** de contempla. domini. **Q** inquit anima
insignita dei imagine decorata similitudine ca-
pax beatitudinis. quid tibi cur carne? nūquid
vilius sterquiliniū inuenisti? quasi diceret. nō.
Quarto anima rationalis dicitur domus fm̄
rationem cause finalis. ad hanc enim finem de-
us edificauit hāc domū vt eam met inhabitet.
Unde ps̄. Elegit dominus sion elegit eā inha-
bitationem sibi. Quia ergo deus in eternitate
presciuit sibi hunc finem habitandi in domo a-
nime que p̄scientia falli non potest. ideo opor-
tet cum inhabitare in anima fideli. Quare di-
xit **Zachee** in domo tua oportet me manere.
h. Luce. xix. Sed diceret. quid cogit deum ma-
nere in domo anime. quia dicit oportet. Dicē-
dum q̄ triplex est coactio vel necessitas. Una
diuine preordinationis. quia deus ordinauit
cursum nature quem instituit. Similiter embz
one disposito cogitur deus infundere animaz
rationalem. et hoc modo cogitur deus mane-
re in anima fideli disposita. quia ipse hoc ab
eterno ordinauit. Alia ē coactio promissionis
vel obligationis. hoc modo etiam deus cogi-
tur cum sit veritas infallibilis. Promisit enim
se habitaturū in anima iusti. **Zacharie. ij.** Lau-
da et letare filia sion. quia ecce venio et habita-
bo in medio tui. Tertia ratio est dilectionis. et
hec est fortissima. **Canticorum ultimo.** Fortis
enim est vt mors dilectio tua. **Ad Roma. viij.**
Quis inquit apostolus separabit nos a chari-
tate christi et c. hac etiaz cogitur deus manere
in anima propter amorem quem habet ad ani-
mā. Ideo ipse petit sibi ingressum dari. **Canē.
ij.** Aperi mibi foros mea sp̄sa et c. Et **Prouer-
bio. viij.** Delitie mee esse cum filiis hominum.
Et quia christ⁹ in anima rationali et fideli est
merito ipsa domus orationis est in qua ipsum

adorare oportet. Ideo ait **Apostolus. i. Cor.**
ix. Orabo spiritu orabo et mente. Et **Joh. iij.**
Veri adoratores adorabunt patrē in spiritu et
veritate. Tercio exponi hoc verbū anagogi-
co sensu vt per domum dei intelligitur domus
celestis mansionis. Et dicitur illa mansio cele-
stis conuenienter domus dei. ppter maximā fa-
miliaritatem sanctorum cum deo. Nam scdm̄
Isid. ix. ethimo. Dom⁹ dicitur habitatio vni-
us familie. Et quoniam in beatitudine celesti
omnes sancti et angeli se habent sicut familia
ad dominum domus. Domestici etiam maxi-
me familiares existunt domino dom⁹. ideo nō
immerito propter intimam familiaritatem p-
pheta **Dauid** in spiritu prenoscens ait. Beati
qui habitant in domo tua domine. et bene dic
beati. Nam in hac domo sunt tria cōmoda in-
estimabilia. propter que in eadem habitantes
dicuntur beati. Est enim ibi quies imperturba-
bilis. aspectus delectabilis. et opulētia inbau-
sibilis. vbicunq; sunt hec tria in domo ibi pro-
culdubio potest esse gaudium et leticia. Pri-
mo ergo in hac domo est quies imperturbabi-
lis. Juxta illud **Esa. xxxij.** Sedebit popul⁹ me-
us i pulchritudine pacis in tabernaculis fidu-
cie et in requie opulenta. vnde sancti in illa ce-
lesti domo habebunt quietem imperturbabilē
vnumquodq; tunc habet quietem quando at-
tingit finem suum vltimū. Sancti aut qui in il-
la domo sunt attigerunt finē suūz vltimū. ideo
habebūt ibi requiē imperturbabilē. qz fm̄ ps̄.
Posuit fines tuos pacē. dic de celesti hierusa-
lem. et dicit notāter fines pluralit. qz duplex ē
finitis beatorū. vn⁹ extrinsec⁹ q̄ ē beatitudo cre-
ata q̄ nos i domo illa beatificat formalit. Ali⁹
ē intrinsec⁹ q̄ ē beatitudo increata q̄ nos bea-
tificat effectiue. s. ipse de⁹. Prima beatitudo ē
tāq; finis quo quiescit. Alia vō. s. increata est
tanq; i quo quiescit. Quia ḡ in illa ē tāta q̄es q̄ a
nemine turbari p̄t cū sit ibi pax summa. festi-
nemus ḡ ingredi in illā req̄em fm̄ p̄siliū apli
ad **Hebre. iij.** De hac quiete et pace dicit **Pro-
sper** de vita p̄templa. Futura vita beate semp-
terna et sempiterna beata. vbi certa securitas
et secunda tranquillitas. tranquilla iocunditas
felix eternitas vbi est amor perfectus. timor
nullus. dies eternus. alacriter motus. et vnus
omniūz sp̄s. Secundo in illa domo celesti est
aspectus delectabilis. Quid enim delectabi-
lius q̄ aspicere in illam faciem gaudiosam in
quam desiderant angeli prospicere. **i. Petri. j.**
Sed si. d. cur inquit cernere desiderant cuius
faciem nunq; cernere cessant? Respondetur q̄
cōtēplatio diuine p̄ntie ita angelos et sanctos
beatificat vt eius sp̄ vīsa gloria fatient. et eius

Dñica xi. post trinita.

dulcedinem quasi nouam insatiabiliter esuriant. **Unde Augustinus. xij. de ciuitate dei.** ubi inqt tota virtus erit videre qd amas et summa felicitas amare qd vides et ibi beata vita i suo fonte bibitur ubi veritatis visio clarissime aperitur. **Tertio in illa domo celesti est opulencia inexhaustibilis. Unde ps. Gloria et diuitie in demo eius. Et alibi. Inebriabuntur ab ybertate domus tue. Nec illa ybertas diuitiarum diminuetur ex numerositate inhabitantium. Vñ Augustinus super ps. xlix. Hereditas christi qui coheredes sumus. non diminuitur copia possessorum nec fit angustior numerositate coheredum. Sed tanta est multis quanta paucis. tanta singulis quanta omnibus. Idem de ciuit. dei. li. xxiij. Ibi quidem amabitur nec erit nec desiderabitur quod non aderit omne quod ibi erit bonum. et summus deus summus bonum erit. et quod est omnino beatissimum ita semper fore certum erit. Ideo pcludit beat⁹ Bernardus. festinemus inquit ad locum tutiores ubi habitemus sine metu quantum ad primum. ubi epulemur sine fastidio quantum ad secundum. ubi habitemus sine defectu quantum ad tertium.**

Dominica vñdecima post trinitatis. Sermo primus.

Duo homines ascenderunt in templum vt oraret **Luc. xviij. Albertus i li. rerum di** cit qd in thessalia sunt duo flumina vnus vtus et proprietas est vt ex eo oues bibentes fiunt nigre. alterius autem proprietas est vt ex illo bibentes fiunt albe. Que vero ex vtraq; bibunt fiunt varie. **Moraliter fm Hieronymu. Thessalia interpretatur captiuitas et significat ecclesiam militatem que in comparatione ecclesie triumphantis captiua e. Quia Apostolus loquens de ecclesia triumphanti dicit ad Gal. iij. Illa autem que sursum est hierusalem libera est que est mater nostra. In ista quidem ecclesia militate que significatur per thessaliam sunt duo flumina. Per primum significatur superbia. d quo intelligitur illud ps. Posuit flumina in desertum. quasi diceret. deus superbi am deseruit vel superbos et elatos legisdoctores. Per secundum intelligitur humilitas. de qua intelligitur illud ps. In flumine pertransibunt pede ibi letabuntur in ipso. quasi diceret i humilitate transeunt ab affectione sua et post hanc vitam letabuntur in celesti patria. Quid autem sunt oues nisi homines que sunt fm ps**

Populus dei et oues pascue eius. Illi ergo homines qui bibunt ex flumine superbie nigri fiunt in peccatis. Iuxta illud Eccli. xxiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. glo. eo qd est magne adherentie. Et qd comunicauerit supbo induet superbiam. Nam vt dicit glo. Homines sunt proni ad appetitum indebitu proprie excellentie in quo consistit superbia ppter quod de facili adheret homini. Illi vero qui bibunt ex flumine humilitatis erunt albi in puritate. et hec dicta manifesta sunt de phariseo et publicano. Phariseus est qui de flumine superbie et iactantie bibit. Sed publicanus bibens de flumine humilitatis meruit accipere stolam puritatis vt iustificatus in domum suam descenderet. vt dicit presens euangelium. in quo tria principaliter ponit. pmo comunem ambozū actionem ibi. duo homines ascenderunt. secundo diuersam ipsozū conditionez ibi. phariseus autem. tertio finalem pclusionem ibi. dico vobis. Quantum ad primum ponit comunem ambozū actionē. cum dicit. duo hoies ascēderūt in templū. Ubi nota ad lraz. verum est qd duo hoies quoz vn⁹ pharise⁹ alter extiterat publicanus in templo octo gradibus. qz iacebāt i monte ascendebant. Et quo ad hūc sensuz plana est littera thematis allegata. Sed vt psens thema propositum nobis cedat in doctrine exemplum. Tunc moraliter restat exponenduz vnde isti duo homines sunt corpus et anima. scilicet homo exterior et interior. Quia dicit **Aris. pmo politicoz. qd animal scilicet homo pstat ex corpore et anima. anima est regēs. corpus vo rectum. Quia fm ipm. Quandocunq; ex pluribus rebus constituitur vnum. inter illa vnum erit regens. aliud vero rectū. Quilibet enim istoz hominū habet pedes suos. corpus videlicet corporales. anima vo spūales. qd sūt affectus et desideria et qbus ascēdere pncipaliter necesse est ad deū exorandū. qz dicit **Aug⁹ in epistola ad deū. Qui et vbiq; pñs vbiq; tot⁹ est non corpis pedibus licet iret. sed moribus. Et Bern. super ca. fmone. lxxxv. dicit. qd non peduz passibus sed desiderijs acceditur ad deum. Circa quod vltterius est notandū. qd cūq; vult ad tēplū ascendere ad deū debet habere pedum dispositionē et graduū rotationē. Pedes g anime qbus itur ad templū dei per tria disponuntur. Primo qdem per **rotationez. qz affectus et desideria debēt eē munda. Nā sicut nullus intraret in templū dñi diebus dominicis et festiuis sordidis pedibus corporalibus. Sic nullus debet intrare ad templum maculatis desiderijs et affectibus. Et qz pedes anime quādoq; tangūt terram mediāte sensualitate.******